

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 5482

**Auteur(s) :** Eudes Rigaud, Rouen (archevêque)

**Bénéficiaire(s) :** Coutances (chapitre cathédral)

**Genre d'acte :** vidimus

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1259, 29 août

**Lieu d'émission :** Saint-André-de-Bohon

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Eudes [Rigaud], archevêque de Rouen, vidime l'acte du doyen du chapitre de Salisbury sur le don fait au chapitre de Coutances.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Fontanel Julie, *Le cartulaire du chapitre cathédral de Coutances*, Saint-Lô, Archives départementales de la Manche (Sources inédites sur l'histoire du département de la Manche ; 1), 2003, n° 283, p. 422-423.

Texte établi d'après a

Universis presentes litteras inspecturis, frater Odo, permissione divina Rothomagensis ecclesie minister indignus, salutem eternam in Domino Jhesu Christo. Noveritis nos litteras Guillelmi decani et capituli de Saresberia ecclesie non cancellatas sed veras et integras prout nobis prima facie videbatur vidisse et inspexisse sub hiis verbis:  
« Omnibus Christi fidelibus presens scriptum visuris et audituris, Willelmus decanus et capitulum Saresberiensis ecclesie, salutem in Domino. Cartam venerabilis patris nostri Ricardi, Dei gracia Saresberiensis episcopi, inspeximus in hec verba :

« Omnibus sancte matris Ecclesie filiis ad quod presens scriptum pervenerit, Ricardus, divina permissione Saresberiensis ecclesie minister humilis, salutem in Domino. Noveritis nos, inspecta carta venerabilis predecessoris nostri Herberti, quondam Saresberiensis episcopi, confirmasse capitulo Beate Marie Constantiensis tres marchas annua[tim] in ecclesia de Wincerburne Stikellane, sicut in carta predicta plenius continetur. Nos eciam, attendentes memorati capitulo honesta[te]m et libertatem, ad multiplicem instanciam venerabilis fratris Hugonis Constantiensis episcopi necnon et dicti capitulo, ex donatione nostra quinque martas annuas concessimus capitulo memorato, ita quidem quod quicunque pro tempore ejusdem ecclesie fuerit persona octo martas annuatim dicto capitulo persolvet, salvis in omnibus jure, auctoritate et dignitate Saresberiensis ecclesie et nostra et successorum nostrorum ; et ut hec nostra confirmatio de tribus martis a domino H[ugoni] Saresberensi episcopo prefato capitulo collatis et donatio nostra de quinque martis in eadem ecclesia eisdem de novo concessis perpetue firmitatis robur optineant, presens scriptum sigilli nostri munimine roboramus. Datum apud Novas Sarisburias, per manum Johannis cappellani nostri, sexto ydus marci, pontificatus nostri anno sexto. Hiis testibus, domino Ricardo de Mapndr., Bartholomeo de Kemosye, Valentino canonico Saresberiensi, Hugone Malet milite, Thoma de Gosle, Willelmo de Hortoune, Andrea Camerario, magistro Rogero et multis aliis. »

Nos igitur concessionem et confirmationem venerabilis patris nostri R[icardi], Dei gracia Saresberiensis episcopi, ratam habentes, sigilli nostri appositione roboramus. »

Datum apud Bohon, die lune in festo Decollationis beati Johannis Baptiste, anno Domini M° CC° quinquagesimo.